

TERTIVS TOMVS.
MVSICI OPERIS, HARMONIARVM QVATVOR, QVINQVE, SEX, OCTO
ET PLVRIVM VOCVM, QVAE EX SANCTO CATHOLICAE
ECCLESIAE VSV ITA SVNT DISPOSITAE, VT
omni tempore interuire queant.

Ad Dni Opt: Max: laudem, & Ecclesia sancta decus.

AUTHORE
Jacobo Händl.



PRAGAE, TYPIS NIGRINIANIS. Anno M. D. LXXXVII.
CVM GRATIA ET PRIVILEGIO SAC. CAES. MAEST:

AMPLISSIMIS CONSULIBVS, SENATORIBVS, PATRITIIS, CIVIBVS
MECOENATIBVS EXIMIIS
JACOBVS HÄNDL S. D.

Veneranti mihi cuinam tertiam hanc, propositi sensimque lucem aspicientis operis, partem labore neq; breui neq; leui ad calcem perductam, nuncuparem; vester, Grauissimi Prudentissimiq; viri Ciuitatum fulcra & columnæ ordo occurrit. Sciunt nimirum ex vobis non pauci, cuinam me studio ab ineunte ætate dedidi, quid haec tenus & coixerim & tractarim si non omnes certe per multi nouerunt. Musicam vnam ex omnibus artibus liberalibus allegi in qua & annos collocarem ac tererem, & vires consumerem & omnes meas post Deum cogitationes conicerem. Hanc didici, hausi & penè suxi puer, hanc colo adolescens, hanc si vita superstes fuerit ornabo senex, hanc nec viuis deseram, nec mortuus. Vitam enim illam

xii

omnibus bonis circumfluentem spero illucq; ad spirō vbi magnus ille &
 solennis DEI Chorus cum sit ecquæ ibi Musica non deest. Meministi
 reor, quos superiorum partium adsciuerim patronos, tertiam vestram
 esse cupio, qui mea aliqua iampridem expetistis, & quæ fragmenta
 hinc inde captare scrutari atq; colligere potuistis chara vobis fuisse ac-
 cepi; qui Ciuitates & Respublicas sic administratis ut Musica tanquam
 laborum ciuiliumq; molestiarum condimento vtamini. In Bohemia
 Moravia Silesia, quascunque vidi & obiui Vrbes omnes Musicæ non
 tantum beneuolas, sed quasi deuotas comperi, quam ipsi Senatores &
 Ciues cum intra parietes clam tum in domo Dei palam exercent cele-
 brantq;. Accipite ergo Viri ornatissimi, hilari mente quod propen-
 sissima voluntate exhibeo, Optoq; vt hic vigiliarum mearum vobis a
 me iamdiu animo destinatus fructus sapiat, Valete & Gallo, quod ha-
 ctenus fecistis, fauere & adesse pergit. Pragæ D. Michaeli summo
 Ecclesiæ tutori sacro die, Anno M. D. LXXXVII.


Instructio ad Musicos.


*Auca ad vos, musices studioſi cultores, habeo de Lucubratio-
 nis mea ratione, & de nonnullorum querela. Et querela qui-
 dem ea est, me nonnunquam partium multitudine inpleruq;
 templis cantorum paucitatem, quæ ijs canendis numero par non
 sit, eludere. At vero cum vix vlla sit ciuitas paulo celebrior,
 in qua non tibicines alantur, vix etiam vllus Chorus organo sit deſtitutus,
 si cantorum paucitati organa ſubueniant, & instrumenta, non video meis
 in cantionibus tantam partium copiam, quam non illi vocum multitudine in-
 cundiflora conſequantur, præſertim cum, si cantores, ac reliqui duo ordi-
 nes singuli ſum Chorum tuebuntur, facies quadam videbitur Leuitarum
 qui, authore Salomone & tubis, & voce, & cimbaliſ, & citharis, & di-
 uersi generis Musicorum concinebant. Ratio porro à me illa ferua-
 ta est, vt, ſicut ab Ecclesiæ ordine, quem ſemper optimum iudicaui, nu-
 quam receſſi, neq; in posterum recessurus ſum, ita ex ipſius verbis ea delege-
 rim, que ad cantum & ad dies ſacros accommodiſſima putauifsem. nam ex.*

* iij

empli causa pro ijs, que ex Biblij, & Prophetis toto anno proponuntur, ego
que ex omnibus selectissima quolibet die fuerunt, cantui segregauit. Pre-
sere acum Ecclesia Sabbatho ante Septuagesimam, omiso Alleluia, ca-
nat, Media vita in morte sumus; ego neq; in isto cantico Ecclesiæ vesti-
gia reliqui, & quod tempus ipsum postulabat, hæc muteta interserui, Do-
mine quando veneris: Scio quod redemptor: Patres qui dormitis: & Au-
di tellus: Cum alijs horum similibus. Adhuc eidem parti, siquidem de
pœnitentia agit, interposui ea, que Ecclesia in Autumno canit: ut, ex lib:
Iudith, Tribulationes ciuitatum audiuimus: Nos alium Deum ne-
scimus prater Dominum: & plura his non dissimilia: que inde non diffi-
culty peti possunt. De lib: sapientiae nihil extra Adventum posui; quod
in Adventu sapientie dies festus ab Ecclesia celebretur. Quare, que ex
illis etiam alijs anni temporibus canuntur, hinc accersenda sunt. De Psal-
mis nihil dico: nam, ut eos Ecclesia omnibus festis diebus adhibet, ita, ubi
opportuni fuerunt, ab ipsis nullo unquam tempore abhorri. Sed de ra-
tione mea satis, etiam de querela. Restat, ut vos, qui in cibis sacris
Symphonia

Symphonie praefitis, obtester, singula ut suis temporibus accommodetis, neue
confusioni, que in domo Dei occurreret, locum vlla ratione faciat: quod
illic forte videtur esse, alibi resarcietur. Quædam etiam istis in libris à
me sunt peritioribus scripta: ea velim à plerisq; equius iudicari, ac tum ab
ipsis cani cum fuerint maiorem peritiam, & in re Musica maius artifici-
cium nacti. At qui hæc omnia ad nullam meam, sed ad unius Dei immor-
talem gloriam spectent. His bene valete.



Index Harmoniarum tertij Tomi. DE SANCTA TRINITATE ET DE CORPORE CHRISTI.

OCTO VOCVM, Duobus Choris.

- I. Duo Seraphin clamabant. }
II. Gloria tibi Trinitas- } 2. Cantus. 2. Altus. 2. Tenor. 2. Bassus.
III. O Beata Trinitas. Ad æquales. }

SEPTEM VOCVM.

- III. Te Deum laudamus. 2. Cantus. 2. Altus. 2. Tenor. 1. Bassus.

SEX VOCVM.

- V. Benedicamus patrem & filium: } 2. Cantus. 1. Altus. 2. Tenor. 1. Bassus:
VI. Sancta Trinitas, unus Deus. }
VII. Laus & perhennis gloria Deo. 1. Cantus. 2. Altus. 1. Tenor. 2. Bassus.
VIII. Te Deum patrem ingenitum. Ad æquales. 1. Can- 2. Altus. 2. Tenor. 2. Bassus.
IX. Osacrum conuiuum, in quo: 2. Cantus. 1. Altus. 2. Tenor. 1. Bassus.
X. Homo quidam fecit cœnam. Ad æqua. 4. Tenor. 1. Superior. 1. Inferior.
XI. In voce exultationis resonent epulantes. 2. Cantus. 1. Altus. 2. Tenor. 1. Bassus.
XII. Ego sum panis vita, qui de cœlo. 1. Cantus. 2. Altus. 2. Tenor. 1. Bassus.

**

QVINQUE VOCVM.

- XIII. Obeata Trinitas, tibi laus. 2. Cantus. 1. Altus. 1. Tenor. 1. Bassus.
XIII. Benedictus Deus pater: cum 2 parte. }
XV. Gloria tibi Trinitas. Ad æquales. }
XVI. Verbum caro panem verum. cu 2 parte. } 1. Cantus. 1. Altus. 2. Tenor. 2. Bassus.
XVII. Ego sum panis viuus: cum 2 parte. }
XVIII. Qui manducat meam carnem: Ad æquales. }

QVATVOR VOCVM.

- XIX. Obeata Trinitas coæqualis una Deitas.
XX. Benedicta sit sancta creatrix.
XXI. O Veneranda Trinitas. Ad æquales. Suprema vox ad placitum.
XXII. Osacrum conuiuum. Ad æquales.
XXIII. O salutaris hostia quæ cœli pandis ostium.
XXIV. Te Deum laudamus, in duos Chorus distributum.

OCTO VOCVM. Duobus Choris.

- XXV. Ave verum corpus natum de Maria Virgine.
XXVI. Dominus Iesus in qua nocte tradebatur: cum secunda parte.

De sancta & individua Trinitate.



Oeto Vocum.

I.

Cho:I. Cantus.

Vo Seraphin clamabant, clamabant, alter ad alterum,
 ij Sanctus, ij Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, ij
 Plena est omnis terra gloria eius, ij
 Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, ij Plena est
 omnis terra gloria eius, ij gloria eius, ij

Quatuor Vocum, duobus Choris diuisum ac dispositum.



Chori I.

XXIII.

Altus.

E Deum laudamus, te Dominum confitemur. Te eternum;
 Tibi omnes Angeli, tibi coeli & uniuersa potesta- tes. Tibi Cheru:
 Sanctus. Sanctus. Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Plenus: TE
 gloriosus Apostolorum chorus. Te pro: TEMartyrum can- didatus lau:
 dat exercitus. Te per: PATre immensae mai- statis. Veneran. SANctum